Fragmentarium

grauissima reluctante horrendos eius fluctus emersus sum.
Teneo probe quo (sidere) maria ista sint aranda: Paupertatem igi-
tur ut hii sint additus nostri Nonius latine lingue disertus
interpres affirmat a pauca pecunia dictam esse. Quo intel-
ligimus cum ea calamitate nihil habere commertii: quam non
est quod honore dignemur ullo cum ariditatem illius
atque ieiunitatem intuebimur. Enim uero mihi nunc mar-
tialis in mentem uenit. Hip. Tu tuo marciali si uteris
(ut pro meo iure rescindam cursum orationis) cene temporis
rationem habendam curas. mittoque diuersoria tua sint hec
gratia litterarum: facetiis illis nos oblecta: nos igitur ut cum illis
tamquam fidibus tuum hoc hylare conuiuium transigamus. Areo.
A Assentiri tibi hypocratide uideor necessarium tamen si assen-
tacuncula quandam oleat liberior hec oratio tua. Quod
de Marciali contigis id abiecero non refugit festiue nimis
illud murrit quo interluceat illa a paupertate calamitas?
Nec toga nec focus nec tritus cimice lectus. Nec tibi de
bibula sarta palude tegis: Nec puer aut senior: nulla
est ancilla nec infans: Nec serra nec clauis: nec canis
atque calix. Tu tamen affectas nestor dici atque uideri
Pauper et in populo queris habere locum. Mentiris uanoque
tibi blandiris honore. Non est paupertas nestor
habere nihil. Resectis igitur multis que finitima
his uiderentur hec solum attigero in quem scilicet labi
paupertas possit an in eum quem uideas ui fortune.

Martialis

2

148

Cm h l 257

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 2r – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82216)